

Compiti per le vacanze classe II L - Latino – prof. Tommaso Perruccio

PER CHI NON HA IL DEBITO

NOTE

1	RIPASSO DEI PREREQUISITI Ripassare le cinque declinazioni incrociando le terminazioni come insegnato. Ripassare tutti i verbi ponendo particolare attenzione allo studio, dell'infinito del participio dei verbi transitivi (attivi - passivi), intransitivi, deponenti e semideponenti.	
2	Ripassare tutte le proposizioni studiate, utilizzando lo schema allegato proposto durante l'anno.	<i>Approfondire sul testo adottato le proposizioni che si ricordano poco esercitandosi con l'aiuto del CD</i>
3	Ripasso di tutti i pronomi, con particolare attenzione ai pronomi interrogativi.	
4	Ripassare con particolare attenzione il verbo fio, i composti di sum, la perifrastica attiva e passiva, i verbi timendi . Utilizzare per questo i PPT delle lezioni.	
5	Analisi e traduzione delle versioni allegate n° 3- 4-5 - 6- 7- 8- 9- Prima della traduzione va fatta l'analisi del brano individuando la geometria della lingua. Per questo, come spiegato durante l'anno, vanno individuati gli introduttori subordinanti (con relativi verbi) e gli introduttori coordinanti . Imparare a memoria gli avverbi e i paradigmi dei verbi.	<i>Vi ricordo che la traduzione va sempre affrontata ragionando e non guardando alla singola parola. Se la geometria della lingua e l'argomento del brano non sono capiti è inutile passare alla traduzione della versione. Vi ricordo che per una traduzione più agevole a volte (ma non sempre) è utile utilizzare il vocabolario online: http://www.dizionario-latino.com/</i>

PER CHI HA IL DEBITO

La metodologia del ripasso è la stessa solo che va condotta con una certa gradualità e maggior esercizio. Contattare comunque il docente a: tommaso.perruccio@tiscali.it

1	RIPASSO DEI PREREQUISITI Ripassare le cinque declinazioni incrociando le terminazioni come insegnato. Ripassare tutti i verbi ponendo particolare attenzione allo studio, dell'infinito del participio dei verbi transitivi (attivi - passivi), intransitivi, deponenti e semideponenti.	<i>E' necessario conoscere bene questi argomenti prima di procedere all'analisi e alla traduzione del testo latino.</i>
2	Ripassare tutte le proposizioni studiate, utilizzando lo schema allegato elaborato durante l'anno.	<i>Tutte le proposizioni vanno studiate sul testo e poi eseguiti gli esercizi di riepilogo che si trovano sul "Nuovo comprendere e tradurre" e gli esercizi del CD</i>
3	Ripasso di tutti i pronomi, con particolare attenzione ai pronomi interrogativi.	<i>Tutti i pronomi devono essere studiati sul testo e poi esercitati con la modalità già indicata.</i>
4	Ripassare con particolare attenzione il verbo fio, i composti di sum, la perifrastica attiva e passiva, i verbi timendi. Utilizzare per questo i PPT delle lezioni.	<i>Tutti questi argomenti devono essere studiati sul testo e poi esercitati con la modalità già indicata</i>
5	Prima della traduzione va fatta l'analisi del brano individuando la geometria della lingua. Per questo, come spiegato durante l'anno, vanno individuati gli introduttori subordinanti (con relativi verbi) e gli introduttori coordinanti . Imparare a memoria gli avverbi e i paradigmi dei verbi.	<i>Vi ricordo che la traduzione va sempre affrontata ragionando e non guardando alla singola parola. Se la geometria della lingua e l' argomento del brano non sono capiti è inutile affrontare la traduzione della versione. Vi ricordo che per una traduzione più agevole a volte (ma non sempre) è utile utilizzare il vocabolario online: http://www.dizionario-latino.com/</i>

1. Ariovisto in fuga

Ita proelium restitutum est, atque omnes hostes terga verterunt | neque prius fugere destiterunt, | quam adflumen Rhenum milia passuum ex eo loco circiter quinque pervenerunt. | Ibi perpauci lintribus inventis sibi salutem reppererunt. | In his fuit Ariovistus, qui naviculam deligatam ad ripam nactus, profugit; | reliquos omnes equitatu consecuti nostri interfecerunt. | Duae fuerunt Ariovisti uxores, una Sueba natione, quam domo secum duxerat, | altera Norica, quam in Gallia duxerat, a fratre missam: utraque periit ("perirono"). | Fuerunt duae filiae: altera occisa, altera capta est. | Quae quidem res Caesari non minorem quam ipsa victoria voluptatem attulit ("procurò").

CESARE

2. I Romani costringono i Venelli alla battaglia

Hac confirmata opinione timoris idoneum quendam hominem et callidum delegit Gallum ex iis, quos auxilii causa secum habebat. Huic magnis praemiis pollicitationibusque persuadet uti ad hostes transeat, et, quid fieri velit, edocet. Qui ubi pro perfuga ad eos venit, timorem Romanorum proponit, quibus angustiis ipse Caesar a Venetis prematur docet, neque longius abesse, quin proxima nocte Sabinus clam ex castris exercitum educat et ad Caesarem auxilii ferendi causa proficiscatur. Quod ubi auditum est, conclamant nullum dubium esse omnes occasionem negotii bene gerendi arriperent non esse et ad castra iri oportere. Multae res ad hoc consilium Gallos hortabantur: superiorum dierum Sabini cunctatio, perfugae confirmatio, inopia cibariorum, spes Venetici belli, et quod fere libenter homines id quod volunt credunt.

3. La grammatica

Ars grammatica, quae a nobis litteratura dicitur, scientia est eorum quae a poetis, historicis oratoribusque dicuntur ex parte maiore. Eius praecipua officia sunt quattuor: scribere, legere, intellegere, probare. Artis grammaticae officia constant partibus quattuor: lectione, enarratione, emendatione, iudicio. Lectio dicitur varia cuiusque scripti pronuntiatio serviens dignitati personarum exprimensque animi habitum cuiusque. Enarratio est obscurorum sensuum quaestionumve explanatio. Emendatio est correctio errorum qui per scripturam dictionemve fiunt. Iudicium est aestimatio qua poemata ceteraque scripta perpendimus.

VARRONE

4. Uno scita ammonisce Alessandro Magno

Si tibi visum est (tradurre con il verbo sembrare) , Alexander, omnes nationes armis occupare, scito te numquam Scythas victurum esse. Paupertas nostra velocior erit quam exercitus tuus. Cum procul abesse nos credes, tum videbis in tuis castris. Eadem velocitate et te sequemur et a te nos removebimus. Scytharum solitudines immensae sunt; nam nos deserta magis quam urbes et opulentos agros colimus. Proinde fortunam tuam pressis manibus tene: lubrica enim est. Nos fortunam sine pedibus esse dicimus et tantum manus et pinnas habere: cum manus porrigit, pinnas quoque comprehendere. Praeterea, si deus tibi esse videris, tribuere hominibus beneficia debes, non sua abstrahere. Non consentaneum videtur deos hominibus mala tribuere. Denique, noli credere amicos tibi fore quos viceris: inter dominum et servum nulla amicitia est.

CURZIO RUFO

5. ISTITUZIONE DELLA DITTATURA

Nono anno post reges exactos | cum gener Tarquini ingentem collegisset exercitum, | nova Romae dignitas est creata, quae dictatura appellatur, maior quam consulatus. | Eodem anno etiam magister equitum factus est. | Neque quicquam similis potest dici quam dictatura huic imperii potestati, | quam nunc tranquillitas vestra habet, maxime cum Augustus quoque Octavianus, sub dictaturae nomine atque honore regnaverit. | Dictator autem Romae primus fuit T. Larcius, magister equitum primus Sp. Cassius. | Sexto decimo anno post reges exactos seditionem populus Romae fecit. | Tum et ipse sibi tribunos plebis quasi proprios defensores creavit, | per quos contra senatum et consules tutus esse posset.

EUTROPIO

6. LA CITTÀ DI SIRACUSA

Urbem Syracusas pulcherrimam omnium urbium fuisse notum est. | Ea tanta est urbs, ut ex quattuor urbibus constare videatur. | Quorum una est quae "Insula" appellatur | Ibi sunt etiam aedes sacrae complures, sed duae longe ceteris antecellunt. | In extrema parte Insulae est fons aquae dulcis, plenissima piscium, | qui fluctu totus operiri videtur, | sed munitione ac mole lapidum a mari disiunctus est. | Altera urbs est illa cui nomen Achradina est. | Tertia illa urbs est quae Tycha nominata est quod in ea Fortunae fanum antiquum fuit. | Quarta denique est quae Neapolis appellant. In ea theatrum maximum admirari possumus.

CICERONE

7. Esempi di disprezzo verso il denaro

Se perfino un principe scita, Anacarsi, seppe essere indifferente agli allettamenti dei doni offertigli da Annone, perché molti filosofi odierni non sono capaci di fare altrettanto? È quello che si domanda Cicerone in questo brano.

An-Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi id facere non poterunt? Illius epistula fertur his verbis: "Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictui est Scythicum tegimen, calciamentum solorum callum, cubile terra, pulpamentum fames; lacte, caseo, carne vescor. Quare munera ista, quibus es delectatus vel civibus tuis vel dis immortalibus dona". Omnes fere philosophi omnium disciplinarum eodem hoc animo fuerunt. Socrates, cum in pompa magna vis auri argentique ferretur, "Quam multa non desidero!" inquit. Xenocrates, cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent (quae erat pecunia temporibus illis, Athenis praesertim, maxima), abduxit legatos ad cenam in Academiam; iis apposuit tantum quod satis esset, nullo apparatu. Cum postridie rogarent eum cui pecuniam numerari iuberet: "Quid?" inquit "Vos hesterna cenula non intellexistis me pecunia non egere?". Quos cum tristiores vidisset, triginta minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur.

da Cicerone, *Tusc.* 5.

8. Nulla turpior est quam voluntaria servitus

Inter servos amicum potes invenire. "Sed servus est" inquis. Sed ille fortasse est liber animo. "Servus est" inquis; ostende mihi quis non sit servus: alius libidini servit, alius avaritiae, alius ambitioni, omnes spei, omnes timori. Ostendam consularem mulieraculae servientem, ostendam divitem servientem ancillulae, ostendam nobilissimos iuvenes servientes pantomimis. Nulla turpior est quam voluntaria servitus. Quare aequum est te bono animo esse in tuos servos.

Ita, fac, mi Lucili: vindica te tibi, et tempus quod adhuc aut auferebatur aut subripiiebatur aut excidebat, collige et serva. Persuade tibi hoc sic esse ut scribo: quaedam tempora eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt. Turpissima tamen est iactura quae per negligentiam fit. Et si volueris adtendere, magna pars vitae elabatur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota vita aliud agentibus.

da Seneca, *Epistulae ad Lucilium*

9. Ad philosophum Taurum venerat (un po' più difficile)

Ad philosophum Taurum Athenas visendi cognoscendique eius gratia venerat V. C., praeses Cretae provinciae, et cum eo simul eiusdem praesidis pater. Taurus sectatoribus commodum dimissis sedebat pro cubiculi sui foribus et cum assistentibus nobis sermocinabatur. Introivit provinciae praeses et cum eo pater; assurrexit placide Taurus et post mutuam salutationem resedit. Allata mox una sella est, quae in promptu erat, atque, dum aliae promebantur, apposita est. Invitavit Taurus patrem praesidis, uti sederet. Atque ille ait: "Sedeat hic potius, qui populi Romani magistratus est." "Tu interea sede, inquit Taurus, dum inspicimus quaerimusque, utrum conveniat tene potius sedere, qui pater es, an filium, qui magistratus est."